

Hieronymus Friedrich Schorch

Facultatis Iuridicae Decanus Hieronymus Fridericus Schorch, Ictus ... Solennia Inauguralia Nobilis Ac Clarissimi Iurivm Candidati Dn. Ioannis Engelhard, Nesselrodani Eichsfeldiaci, Die XXIII. Novembr. MDCCLXXXII. L. C. Peragenda Indicit Simvlque quare hereditatis petitio solum aduersus pro herede vel pro possessore possidentem institui possit? Disqvirit


[Erfurt]: Literis Nonnianis, 1782

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1780852789>

Abstract: Einladungsschrift zur Dr. jur.-Promotion von Johann Engelhard, am 23. Nov., 1782

Druck Freier  Zugang





V. N. — 2 (6b.)

1. S.
2. C.
3. S.
4. S.
5. S.
6. S.
7. S.
8. S.
9. S.
10. S.
11. S.
12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.
20.
21.
22.
23.

1. Beselin. de pertinentiis.
2. Crumbiegel. de donatione remuneratoria.
3. Kraus. de amen liturgico.
4. Reinhard. de nimio legum in foro neglectu.
5. Wehrn. de actione Pauliana.
6. Schorch de feudis Marchionum Brandenburg. tamquam Burggravorum Norimbergens: in Austria, occasione pacis novissimae Teochnenfis.
7. Reinhard de finibus regundis.
8. Schorch de tempore quo apud Romanos infantum expositio necque licita esse deest ad Tacit. de moribus German. Cap. 19.
9. Schmiedius. de figmento criminis famosi libelli.
10. Seip. de vi legis in praeteritum iusta.
11. Madihn. de coemptionibus quae fiunt sacrorum interrimendorum causa.
12. Volcmarius de intestatorum Atheniensium hereditatibus.
13. Madihn. de virtute conventionis qua fundi venditi tributa in venditorem transferuntur. ad l. 11. C. de pactis et. l. 1. C. sine casu.
14. Zoller observationes practicae.
 - a. testamentum conjugum reciprocum ab una parte revocari potest.
 - b. testamentum per procuratorem utique offerri potest.
15. Hofacker de efficacia statutorum in res extra territorium sitas.
16. Heirler de incestu.
17. Döhmer de testamentis mulierum.
18. Carrach de substitutiones directae argumentis in formula dubia.
19. Walch de genuino fonte distinctionis inter foetum animatum et inanimatum in nempe Carolina art. 133.
20. Gildemeister observationes varie argumenti.
 1. de iurejurando ab eo qui iure retrahendi uti vult, propter calumniam dando.
 2. de praestatione eorum quae retrahens praestare debet.
 3. an executionem rei iudicatae urgenti opponi possit exceptio litis finitae.
 4. quare prodigis testamenti facendi potestas negata sit.
 5. de probatione instituta actione negatoria.
 6. de testamento parentum inter liberos. Jurisd. jus. Bremense.
 7. de formula pactorum dotalium antiquorum Brementium.
 8. de annis conventio quibus communio bonorum inter conjuges legitima fuerit.
21. Walch de privi legio pecuniae haereditariae creditorum in concursu.
22. Walch de pace domestica.
23. Wiefand observationes juris Romani et Saxonici.
 1. de aetate ad postulandum idonea.
 2. servitus pascendi non impedit, quo minus dominus praedii ferventis agris suis tanquam bonus pater familias uti queat.
 3. de testamento ob pravitatem usurariam irritum.
 4. maritus in Saxonia haereditati uxoris sine iurejurando recte renuntiat.

24. Kraus de praesidiis veterum auctorum in explicando jure Romano.
25. Schorch quare hereditatis petitio solum adversus pro haerede vel pro possessore possidentem institui potest?
26. a. Germeten de revisione actorum effectum suspensivum sanctione imperii de 1654 salva atque in judiciis ordinum imperii habente.
27. Mentze de temporibus legitimis ex statutis Lubecensibus collectis eorumque sumi dissonantia tum convenientia cum jure civili.
28. Francck. eminentia S. R. I. principum electorum et S. R. E. Cardinalium inter se collata et ad juris regulas exacta.
29. Meurer de ratione diversitatis quae inter legata jurium in res et jurium in personas intuitu acquisitionis intercedit.
30. Böhmmer ad l. 10. ff. de capite minutis, seu legatum in singulos annos vel menses relictum ut et legatum habitationis capitis diminutione non perimatur.
31. Cordes. de modo conventionibus adjecto ejusque effectu juridico
32. Colmar de jure civitatis Norimbergensis.
33. Bauer ad decif. elector. Saxon. de 1746 seu de fidejussione uxoris.
34. Koenig selecta juris matrimonialis capita ex L. Norimbergensibus illustrata.
35. de Schellwitz de exactione pecuniae pro viris publicis pontibus solvendae. *Wagn. und Brückmagnat*
36. Schlegkendal. de definitione et natura dominii et speciebus jurium in re.
37. Schlegkendal de aequitate pretii in contractibus servanda
38. Schlegkendal ad l. 198 ff. de Verb. Signif. utrum verbi praedictorum urbanorum nomine veniant?
39. Wiese de retentione pignoris tam ob eadem quam ob diversa.

25

FACULTATIS IVRIDICAE
DECANVS
**HIERONYMVS FRIDERI-
CVS SCHORCH,**
ICTVS,

SACRI CAESAREI PALATII COMES, EMINENTISSIMI AC CEL-
SISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGVNTINI CONSILIARIVS
REGIMINIS, MEMORATAE FACVLTATIS ASSESSOR SENIOR,
ET DECRETALIVM PROFESSOR PVBLICVS
ORDINAR. CET.

SOLENNIA INAVGVRALIA

NOBILIS AC CLARISSIMI IVRIVM CANDIDATI
DN. IOANNIS ENGELHARD,
NESSELRODANI EICHSFELDIACI,

DIE XXIII. NOVEMBR. MDCCLXXXII.
L. C.

PERAGENDA INDICIT

SIMVLQVE

*quare hereditatis petitio solum aduersus pro herede vel pro
possessore possidentem institui possit?*

DISQVIRIT.

LITERIS NONNIANIS.

HIERONYMVS FRIDERI
CVS SCHORCH

ORDINAR. CENS.
BY DECRETALIVM PROFESSOR FVBLICVS
REGINNE MEMORATAE FACULTATIS ABBONORATIONE
SISSENI PRINCIPIS ELECTORIS MOGVNTIN CONSILIARIS
SACRI CASARIVM PALATI COMES, EMINENTISSIM AC CEF.

SOLENNIA INAUGVRALIA

DR. IOANNIS ENGELHARD

DIE XXIII. NOVEMBER. MDCCXXXII.

TERAGENDA INDICAT

SIMVLQVE

quare hereditatis petitio Johanne aduersus pro herede vel pro

re. in possessione possessorum vel in possessione possessorum

DISQVART.

LITTERIS NONNIANIS



2010

Hereditatis petitio ad instar ceterarum actionum realium datur adversus possessorem, eumque vel verum, qui res hereditarias naturaliter possidet, vel fictum, qualis habetur is, qui vel dolo possidere desiit *l. 13. §. 14. ff. de hered. petit.* vel liti se obtulit, id est per calumniam dixit, se possidere, ubi tamen non possidet, & ita litem contestatus est *l. 13. §. 13. eod.* Verus autem possessor, si contra eum hereditatis petitio tenere debet, vel pro herede, vel pro possessore possideat necesse est: nam contra possidentem titulo singulari, scilicet valido & iusto, non datur hereditatis petitio, sed talis possessor actione in rem speciali i. e. Rei Vindicatione conueniendus est. *l. 7. C. de petit. heredit.* Ideo Reus edere tenetur titulum possessionis suæ, *l. 11. C. eod.* ubi vero in oculos incurrit, *tituli* nomen improprie sumi, scilicet pro qualitate & modificatione possessionis, vtrum nempe pro herede, vel pro possessore possideat. Simulac enim allegat *verum & validum titulum*, hereditatis petitio locum amplius habere

* 2

bere nequit. Mirum vero videri poterat, quare hereditatis peti-
 tio, quæ utpote actio realis contra quemcunque possessorem vale-
 re & efficax esse debebat, aduersus eos duntaxat detur, qui vel pro
 herede vel pro possessore possident? & quare aduersus titulo sin-
 gulari possidentes tantum Rei Vindicatio teneat? id quod etiam
 permouit quosdam, ut actiones reales in *absolute tales* & *secun-*
dum quid tales partirentur, & ad has posteriores hereditatis pe-
 titionem eique similes actiones referrent. Sed sine causa, ut vi-
 detur. Consideranti enim *naturam huius actionis* facile constat,
 quare duntaxat aduersus pro herede vel pro possessore possidentes
 exerceri possit: id quod regulam de actionibus realibus contra
 quemcunque possessorem competentibus non magis destruit, quam
 quod *publiciana* actio solummodo contra infirmiori iure possiden-
 tes efficax est. Nimirum hereditatis petitio est *actio vniuersalis*,
 & ratione causæ seu iuris petendi & ratione obiecti, qua adeo
 actor semper *totam* hereditatem intendit & vindicat, omniaque
 petit, etiam quæ defunctus iure domini non tenuit, sed quæ so-
 lummodo ad periculum defuncti pertinuerunt, ut res commoda-
 tas depositas *l. 19. pr. de hered. petit.* Nam & ubi heres rem
 hereditariam minimam persequitur hac actione, intendit suam he-
 reditatem esse totam, licet hoc solum officio iudicis ei restituatur,
 quod aduersarius possidet. Nempe quia hoc solum, quod aliter
 possidet, ei ex tota hereditate, quam vindicauit, quamque ad
 ipsum pertinere iudex declarauit, restitui potest, sicuti vicissim ob
 id hæc restitutio Reo iniungitur, quia tota hereditas actoris est,
 consequenter etiam hæc res hereditaria *l. 10. ff. de hered. petit.*
add. l. 1. §. 1. ff. si pars heredit. pet. Iam vero hæc vniuersalis
 actio hæcque generalis hereditatis petitio locum solummodo habe-
 re potest contra eos, qui infirmioribus aut non potentioribus ti-
 tulis nituntur, quam quidem est titulus actoris hereditarius. Et
 tales sunt ii duntaxat, qui pro herede vel pro possessore possident.
 At simulac quis titulum singularem verum & validum allegat, po-
 ten-

10

5

teniori iure nititur, quam actor, nec proin æquum foret, hunc
actori in simplici hereditario titulo & in possessione defuncti sese
fundanti condemnare. conf. WERNHER p. 4. observ. 14. Equidem
alios animaduerto aliam eius rei rationem adferre, quod nempe
hereditatis petitio, vix te *actio vniuersalis*, etiam duntaxat ad-
uersus *possessores vniuersales*, id est, eos, qui iure hereditario pos-
sident, adeoque nominis iurisque hereditarii controuersiam fa-
ciunt, locum habere possit, quales solum sint illi, qui pro here-
de, vel pro possessore possident, dum hic Reus hereditatem sibi af-
ferat, illo titulo, quod heres sit, hoc quod possideat, quam ra-
tionem primus, vt videtur, excogitavit CUIACIUS *Observat.*
Libr. X. cap. I. & in *Libr. XX. Pauli ad Edict. ad l. 4. h. t.*
vide Zoës in *Cod. tit. de petit. hered.* qui apertius ait: *petitione*
hereditatis non tenetur, nisi qui de hereditate controuersiam fa-
cit. qui possidet pro herede, facit controuersiam de hereditate;
qui possidet pro possessore, cum nullam aliam suæ possessionis
rationem adferat, præsumitur possidere ut heres, & contro-
uersiam facere hereditatis. Innuere simul volunt, verum nihil-
ominus manere, quod hereditatis petitio contra omnem possesso-
rem detur, hoc obseruato, quod notio illa actionis realis, quæ
eam aduersus quemcunque possessorem dari indicet, generalis sit,
adeoque ad singulas demum actionum realium species accommo-
dari debeat, & sic quia hereditatis petitio actio vniuersalis sit, sub-
intelligendos etiam esse possessores vniuersales contra quos institui
possit. Verum enim vero hac sententia vel hanc ob causam vt
nollemus, quia hereditatis petitionem etiam aduersus eos dari
constat, qui *titulum singularem invalidum* allegant, siquidem
pro possessore possidere prædicatur non solum de eo, qui nullam
plane possessionis causam allegat, sed interrogatus respondet: quia
possideo, qualis ab VLPIANO prædo in specie vocatur, sed & de
eo, qui causam & titulum quidem allegat, sed a iure improbatum,
inutilem, & qui pro non-titulo habetur, quod innuit VLPIANVS in

l. 13. §. 1. ff. de hered. petit. dicens: omnibus etiam titulis (scilicet iniustis, id quod subiecta exempla manifestant satis) hic pro possessore hæret. conf. BOGER Class. V. disp. 25. n. 13. pronaratione. Nam dum ille titulus allegatus a iure improbatur & pro nullo habetur, nihil remanet, nisi ille pro possessore titulus. Talis etiam erat ille MVSÆI dicentis: se emisse, cum tamen hereditatem litigiosam, cuius emtio nulla est, emisset, adeoque titulo inualido niteretur, & proin hereditatis petitione recte pulsatus traditur in l. 2. C. de petit. heredit. Hoc itaque considerantes sententiæ antea memoratæ subscribere non possumus. Nam quis eum, qui se emisse, licet invalide, allegat, inprimis si de re hereditaria singulari quæstio est, quis eum aiori heredi controuersiam de hereditate facere sibi persuaderi finet? Talis potius aperte negat, se heredem esse. Sed plura adferre supersedeo, dum hanc aliasque adfines quæstiones in Lectione, quam vocant, Curforia ad l. 7. C. de petit. heredit. pluribus tractabit

Nobilis & Clarissimus


Dn. IOANNES ENGELHARD

NESSELRODANVS

IVRIS VTRIVSQUE CANDIDATVS MERITISSIMVS,


qui de suis natalibus, vitæque adhuc laudabiliter transacta sequentia nobis retulit:

Ego



Ego Ioannes Engelhard natus sum Nesselrode in Eichsfeldia sita D. XXIII. Septembris anno MDCCLIX. honestis parentibus patre IACOBO ENGELHARD, matre vero CATHARINA ex gente VOLLMERIANA. Horum cura principiis religionis Catholicae & grammaticae Latinae imbutus, Heiligenstadii literas humaniores & Philosophiam duce admodum Reuerendo Domino scholarum Directore DEGENHARD absolui. Philosophia absoluta anno MDCCLXXVIII. Moguntiam petii, ubi per annum Institutiones doctissime explanantem audiui Virum praenobilem & consultissimum FRIDERICVM HARDTLEBEN. Hoc anno praeterlapso Göttingam salutavi, ubi doctissimis commentationibus Viri praenobilis & consultissimi LVDOVICI BOEHMERI in pandectas, Ius canonicum & feudale interfui. In repetitione pandectarum Doctorem habui Virum praenobilem atque consultissimum IGNATIVM BECKMANN. Ius criminale solide interpretantem auscultavi Virum pie defunctum FRIDERICVM MEISTER. Iuris publici, historiae iuris & praxeos iuridicae lectionibus Viri praenobilis atque consultissimi STEPHANI PÜTTERI interfui, quorum Virorum summa in me merita ad cineres usque colam. Absoluta intra duos & dimidium anni studio iuridico, huius inelytae Facultatis iuridicae examini riguroso me subieci, ut mihi aditum ad gradum Licentiati in iure rite consequendum pararem.

Modesta eius petitioni & laudabili desiderio annuit Ordo noster, ac proin binos ex utroque iure textus resoluendos ei assignauimus, quos ita enodauit, & in ipso Examine riguroso tam promte respondit, ut vnanimibus suffragiis dignissimus iudicatus fuerit, qui ad reliqua specimina inauguralia admitteretur, & his edicis desideratis honoribus condecoraretur. Ideoque proximo die Sabbathi,





thi, qui erit d. XXIII. Nouembr. Lectionem Curforiam ad L. 7.
C. de petit. heredit. habebit, eaque finita


THESES INAVGVRALES IVRIDICAS

publice defendet. Ad quos actus solennes plurimum Reuerendus
& Magnificus Vniuersitatis Rector, ceterique Academiae Proceres
& Ciues ea qua par est obseruantia & humanitate inuitantur.
Publ. sub sigillo Facult. Iurid. d. XVII. Nov, MDCCLXXXII.









l. 13. §. 1. ff. de hered. petit. dicens: omnibus etiam titulis (scilicet iniustis, id quod subiecta exempla manifestant satis) hic pro possessore hæret. conf. BOGER *Class. V. disp. 25. n. 13.* pronaratione. Nam dum ille titulus allegatus a iure improbatur & pro nullo habetur, nihil remanet, nisi ille pro possessore titulus. Tamen etiam erat ille MVSÆI dicens: *se emisse*, cum tamen hereditariosam, cuius emtio nulla est, emisset, adeoque titulo non legitime niteretur, & proin hereditatis petitione recte pulsatus. *l. 2. C. de petit. heredit.* Hoc itaque considerantes ea memorata subscribere non possumus. Nam quis *emisse*, licet invalide, allegat, inprimis si de re hereditaria questio est, quis eum auctori heredi controuersiam de se sibi persuaderi finet? Talis potius aperte negat, sed plura adferre supersedeo, dum hanc sententiam in Lectione, quam vocant, *Cursoria ad l. 7.* pluribus tractabit

Clarissimus

Dn. I. GELHARD

IVRIS VTRIVSQVE CLARISSIMVS,

qui de suis natalibus, vitæque adhaerentia nobis retulit;

